



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

De Gloria Et Honore Filii Hominis Liber .XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

quia mendacium locutus es in nomine domini, & configent eum pater eius & mater eius genitores eius, cum prophetauerit. Et erit in die illa confundentur prophetae, unusquisque ex nomine suo cum prophetauerit, nec operientur pallio saccino ut mentiantur, sed dicet, non sum propheta, homo agricola ego sum, quonia Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Et dicitur ei. Quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum? Et dicit. His plagatus sum in medio eorum, qui diligebant me. His praemissis, Framea (inquit) suscitare super pastorem meum, & super uirum coherentem mihi, dicit dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves. Deinde subsequitur. Et conuertam manum meam ad paruulos, & erunt in omni terra (dicit dominus) partes duae, & disperdentur & deficient, & tertia pars relinquetur in ea, & ducam tertiam partem per ignem, & uram eos, sicut uritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse uocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam populo meo, & ipse dicit, dominus deus meus. Ecce uenient dies domini, & diuidentur spolia in medio tuo, &c. ¶ Totum illud prophetiae capitulum illustrat nobis (ut iam dictum est) breuis sententia haec, scintillans de pectore & ore ipsius domini, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, dum praemissis, omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte, subiungit. Scriptum est enim. Percute pastorem, & dispergentur oves gregis. Itaque ut competenter euangelica utat similitudine molentis. Ait enim ipse dominus. Duae erunt molentes in unum, una assumetur & altera relinquetur. Haec prophetica quasi mola inferior ponenda est, & coepa iam euangelica narratio dominicae passionis supponenda quasi mola superior, ut agente manu domini, circumacta uolucris cursu, fructuosum frumenti granum salubriter nobis teramus, & de optima eius medulla candidissimum farris panem in usum uitae aeternae conficiamus. Tale frumenti granum Christus est, qui de semetipso dicit. Nisi granum frumenti cadet in terra, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum afferet: tale (inquam) granum est, ut molendo nunquam dissipetur, eoque integro permanente, diffunditur aut dissilire nunquam desinet medulla eius. Nunc interim finis hic fit libelli huius, & sequentem cum iam dicto prophetiae capitulo, reparatis post lassitudinem uiribus exordiamur.

Colof. 2.

Mola inferior, & mola superior. Mat. 24

Iohan. 12

FINIS LIBRI DECIMI.

## DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER XI.



**T**AM IN SCRIPTURIS SANCTIS gloriam, tuum fili hominis quaerere & inuenire honorem in prophetis & euangelicis praenunciis, tale nobis est interitum uiae praesentis: quale fessio uiatori, remissis interdum grauius sarcinis residere sub umbra odoriferae arboris prope riuulum aquae iugiter salientis, gratoque otio fugacem insequi & comprehensam atrectare columbam, tactu blando, manibus innocuis. Et reuera sic est. Sancta quippe scriptura ipsa est columba illa, de qua ipse autor spiritus sanctus in psalmo dicit. Pennae colubae deargentatae, & posteriora dorsus eius in pallore auri. Ne ergo miretur quis dicens, quid uel ad quid iste scribit, cum sancti patres sufficientia scripserint,

Saera scriptura coluba dicitur, cum litera argenti, sensus mysticus aurum est.

Psalm. 67

quae cuncta perlegere nemo nostrum sufficit. Nam & si alij nemini, at mihi scribenti hoc ipsum quod scribo iam proficit. Hoc dulce studium iam in praesenti non nihil praemij, non nullum habet suae exercitationis emolumentum. Quam suauis est (ut iam dixi) uiatori, demissis interdum sarcinis, pennulas colubae deargentatae & aurea dorsus eius praeculis habere, & manibus tractare posteriora: tam suauis & iocundum est inter medias curas, sanctam tractare scripturam, cuius & exterior sermo castus, absque omni superfluitate, nitet quasi argentum, & interior sensus rutilat uelut aurum. Trahit sua quemque uoluptas, &

Ver. in Bue. hoc haec

Cant. 7.  
Zacha. 13  
Dies illa, dies  
dominicæ  
passionis

Esaia. 64.  
Iohan. 11.

Quid est pro  
phetare ultra

Iohan. 2  
Dicent ei pa-  
ter eius & ma-  
ter eius.

Math. 26

**H**oc habeo testimonium conscientiæ, quod dixerim ego uoluptati huic, trahere post te. Ecce argentum, ecce aurum, uidelicet susceptum in fine præcedentis libelli, quod cum Euangelica narratione, dominicæ passionis tractare proposui, prophetiæ capitulum. ¶ Et erit (inquit) in die illa dicit dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra, & prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Præmiserat autem. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Ergo diem illam, quam hic prophetiæ spūs intendit, diem dominicæ passionis necesse est intelligi, qua nimirum lancea militis latus aperiendū saluatoris, fontem patefecit domui Dauid & habitantibus Hierusalem, fontem sanguinis & aquæ, credentibus in Christum qui propter hoc ipsum dicuntur & sunt domus Dauid & habitatores Hierusalem, quia credunt in Christum filium Dauid, cuius æternæ ciuitatis quoddam erat exemplar illa Hierusalem, in qua regnauit Dauid. Et ille fons erit (inquit) in ablutione peccatoris & menstruatæ: peccatoris inquam, id est, gentilis populi, qui sine lege peccauit: & menstruatæ, quæ per legem peccauit, quæ ne de iustitia præsumeret factio, unus ex optimis eius filijs cõfessus est, & dixit. Et facti sumus ut immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ, uniuersæ iustitiæ nostræ. ¶ Quærendum itaque, qui uel quales in illa die fuerunt propheta, quoniã dixit, & prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Hic citius Euangelistæ Iohannis narratio occurrit. Ait enim, Collegerunt pontifices & pharisæi conciliū, & dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic oēs credunt in eum. Et uenient Romani, & tollent nostrum & locum & gentem. Vnus ex ipsis Caiphas, cum esset pontifex anni illius, dixit eis. Vos nescitis quicquid, nec cogitatis quia expediat uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, quia moriturus erat Iesus pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Huiusmodi prophetas auferam (ait) de terra. ¶ Nam ne prophetas bonos suspiceris, spiritum immundum illis copulauit. Ait enim, & prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Ergo prophetae mali, prophetae immundo spiritu pleni, in die illa fuerunt auferendi de terra, non solum de terra uiuentium, uerum etiam de terra ipsa & ciuitate, quæ tunc mortales & deo mortui inhabitauerunt, qui malam sibi hanc prophetiam de corde suo prophetauerunt. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, &c. Nempe excepto quod præmiserunt, si dimittimus eum sic, totum quod dixerunt, in prophetiam reputatum est illis, ut omnes crederent in eum: illis autem non credentibus, uenirent Romani, & tollerent eorum & locum & gentem. Fuit inter illos unus Caiphas talium prophetarum maximus, qui dixit. Vos nescitis quicquid, nec cogitatis, quia expediat uobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem (Euangelista inquit) à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. ¶ Causam eorum propter quam auferendi essent de terra, ipse propheta latenter (ut oportuit) continuo subiunxit. Ait enim. Et erit cum prophetauerit quispiam ultra dicent ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum. Non uiues, quia mendacium locutus es in nomine domini. Et configent eum pater eius & mater eius genitores eius, cum prophetauerit. Propheta magnus de semetipso ultra prophetauit, quia illi & præcipue Caiphas prophetauerunt, quod expediret eum mori, ipse autem prophetauit, quod oporteret eum resurgere à mortuis. Hoc ultra fuit, uidelicet ultra prophetiam illos, prophetiam mortis, quia prophetauit prophetiam resurrectionis. Dixit enim. Soluite templum hoc, & post triduum excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. ¶ Cum ergo prophetauerit quispiam ultra, quem nominare nolo, quia non expediat: dicent (inquit) ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum. Non uiues, quia mendacium locutus es in nomine domini. Pater eius Iudaicus populus, & mater eius synagoga, qui secundum carnem genuerunt eum, ita dixerunt ei. Cum enim aliud non haberent unde accularerent eum, nouissime submissis duobus falsis testibus istud protulerunt. Hic dixit. Possum destruere templum dei, et in triduo reedificare illud. Cumque principi sacerdotum dicenti, adiuro te per deum uiuum ut dicas nobis, si tu es Christus filius dei, respondit, tu dixisti, & amodo uidebitis filium hominis

hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus cœli: clamauerunt, reus est mortis. Nonne hoc erat dicere, non uiues, quia falsum locutus es in nomine dñi? ¶ Ex illa uisione sua quomodo confusi sunt prophetae illi? Ait enim. Et erit in die illa, confundentur prophetae, unusquisque ex uisione sua cum prophetauerit. Aut quomodo prophetantes illi operiebatur pallio sacco ut mentirentur. Nam & hoc sequitur. Nec operientur pallio sacco ut mentiantur. Nisi enim se operuissent aliquando, frustra diceret, nec operiretur pallio sacco. Quid ergo fuit operire se pallio sacco, ut mentirentur, nisi per nequissimam hypocrisis simulare dolorem, & fingere timorem ut paueret populus? Hoc fecit ille propheta, ille prophetae impiorum impius Caiphas. Denique ut mentiretur, ut magnificaret, & confirmaret mendacium uisionis suae quam pariter in concilio suo dixerant, uenturos esse Romanos, ut tollerent locum & gentem, nisi Iesum interficerent, iccirco scidit uestimenta sua. Adiurauerat dominum Iesum, dicens. Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius dei benedicti. Et cur addiderit, benedicti, nescias nisi quia stultissimus ipse deo adulari praesumpserit, in causa eiusmodi, adulatione crudeli. Cum ille fidelis permanens qui seipsum negare non potest, respondisset, tu dixisti, subiungens. Veruntamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus caeli, nunc (ut iam dictum est) scidit uestimenta sua, & dixit. Blasphemam. Quid adhuc egemus uobis? Ecce, nunc audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? Atque hoc modo sacco simulata tristitia pallium sibi metipsum superduxit, ut mentiretur, ut mendacium corroboraret, ut uidentem populus male credulus, magis paueret, ubi non erat pavor, sicut in psalmo dictum est tibi trepidauerunt ubi non erat timor. ¶ Taliter sacco solebant operiri pallio patres eorum fundendo sanguine prophetarum & iustorum, quos isti mensuram impleuerunt. Exempli gratia. Scripsit Iezabel literas ex nomine Achab, & signauit eas anulo eius, & misit ad maiores natu, & ad optimates qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. Literarum autem erat ista sententia, Praedicate ieiunium, et sedere facite Naboth inter primos populi, & submitte duos uiros filios Belial, contra eum, & falsum testimonium dicant, benedixit deus & regem, & educite eum & lapidate, sicque moriatur. Fecerunt ergo ciues eius, & maiores natu & optimates qui erant cum eo, in urbe sicut preceperat Iezabel, et sicut scriptum erat in literis quas miserat ad eos. Praedicauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi, & adductis duobus uiris filij diaboli, fecerunt eos sedere contra eum, &c. ¶ Et illud ieiunium, et quicquid deinceps fecerunt imitatores illorum, usque ad hypocrisis istos qui, ut mentirentur, ut firmarent sibi sermonem nequam, sciderunt uestimenta sua. Re de nimirum & pulchre appellauerit spiritus sanctus breui appellatione pallium sacco, quo non operientur (ait) ultra ut mentiantur. Nam ipsa mentiendi autoritas eis auferetur, & miro modo ex uisione sua confundentur, ex uisione mendaci quam prophetauerunt dicendo, uenient Romani si dimiseritis eum sic. ¶ Etenim e contra iccirco factum est ut uenirent Romani, quia non dimiserunt eum sic, & ecce non tantummodo secundum uisionem illorum, pro sensu ipsorum mendaci, locum tulerunt & gentem: uerum etiam id, quod plus est, quod ipsi uiderent aut nesciebant timere. Tulerunt quoque optima quae illorum erant, scilicet adoptionem filiorum, & gloriam, & testamenta, & legislationem, & obsequium, & promissa, & totam hereditatem patrum, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula amen. Haec enim omnia tulerunt eis, & cum ceteris nunc gentibus possident Romani, longe alij quam Romani illi qui tantummodo locum & gentem tulerunt eis, qui fuerunt & permanserunt pagani: quia non curauerunt, neque curare scierunt de spolijs istis optimis, tantummodo locum & gentem, ducibus Vespasiano et Tito, tulisse contenti. ¶ Quia propter militauerint quidem huic domino et regi Iesu Christo, in uindictam sanguinis eius contra ciuitatem Ariel (quod interpretatur leo dei) iuxta quod ipse dixit, facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylua, contra ciuitatem Hierusalem, quam expugnauit per eos, iste uerus Dauid, filius secundum carnem illius Dauid, secundum prophetiam huiusmodi. Vae Ariel, ciuitas quam expugnauit Dauid. Additus est annus ad annum, solennitates euolutae sunt, Et circūualabo Ariel, et erit tristis et mcerens, et erit mihi quasi Ariel. Et circūualabo quasi sphaeram in circuitu tuo, et iaciam contra te aggerem, et munimenta ponam in obsidionem tuam.

In illa die confundentur prophetae.

Psalm. 72. Iezabel. 3. Reg. 21.

Psalm. 72. Iezabel. 3. Reg. 21.

Psalm. 72. Iezabel. 3. Reg. 21.

Pallium sacco. Psalm. 63. Falsa eorum propheta de Romanis. Roma.

Vae Ariel quam expugnauit Dauid. Hier. 7.

Esaia. 29.

Humilitas

Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum. Et erit quasi Phitonis de terra uox tua, & de humo eloquium tuum musitabit. Militauerunt quidem in hoc (ut dixi) Christo domino & regi, & hoc uox Ariel, sed nihilominus uox & ipis, sicut uox Assur. Sequitur enim. Et erit, sicut puluis tenuis multitudo uentilantium te, & sicut fauilla pertransiens, multitudo eorum, qui contra te prauauerunt. Eruntque repente confestim à domino exercituum, uisitabitur in tonitruo & commotione terrarum, & uoce magna turbina & tempestatis, & flammæ ignis deuorantis. Et erit sicut somnium uisionis nocturna, multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militauerunt & oblederunt, & prauauerunt aduersus eam, & sicut somniat esuriens, ut comedit: cum autem fuerit expergefactus, uacua est anima eius: & sicut somniat sitiens ut bibat, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius uacua est, sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra montem Syon. Ita miro modo puniendi ad puniendum uenerunt Romani & dimicauerunt contra Ariel, materialibus armis, & ecce confusi sunt, nec iam licet eis operiri pallio sacco ut mentiantur: imò captiui per omnes gentes, nec locum habent quo ad similiter mentiendum cōgregentur. ¶ Sed econtra dicit eis quispiam insultabundus, qui (ut iam dictum est) prophetauit ultra, subauditur, quam fuisse ab adiurante principe sacerdotum interrogatus. Nō sum propheta, homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Grandis insultatio, & ironia grauiissima, quippe qui negando acius affirmat, & affirmando uehementius negat. Non sum (inquit) propheta, subauditur, uestro arbitratu, sic enim dixistis, propheta à Galilæa non surget, non hic à deo, & his similia. Homo agricola ego sum, itidem uestro arbitratu dicitur. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit. Nonne hic est fabri filius? Attamen uera sunt quæ prædixi, & uos captiui estis, nec iam pallio sacco licet uobis operiri, ut mentiamini, & quempiam uestrum interficiatis. Dixistis, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea, calumniando quod ego gloriam meam quererem, & dicendo quem te ipsum facis, & alibi, quia tu homo cum sis, facis te ipsum deum. Hæc fuit exprobratio uestra, sed aliter est. Longe ego dissimilis Adam, & ille exemplum meum non fuit, qui gloriam suam quæruit, imò & dicebam, & quod dicebam uerum est. Ego gloriam meam non quaero, est qui quaerat & iudicet. Iudicium eius pro me super uos manifestum est. Nam ecce quem confixistis, qui mortuus fuit, ecce loquor, & respondeo loquentibus mihi. Hoc est quod sequitur. ¶ Et dicitur ei, Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum. Et dicit. His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Perspicuum est diligentibus, occultum est negligentibus, quod iste, qui hic respondet percussantibus, unus & solus sit filius hominis Iesus Christus. Quis enim alius interrogatus est aut respondit, siue interrogari & respondere potuit, postquam mortuus est, plagis acceptis in medio manuum suarum nisi iste solus qui mortuus resurrexit, ut posset loqui: cuius uidelicet locutionis hoc initium fuit, ut ostenderet plagas suas, dicendo, uidete manus meas & pedes meos. ¶ Hæc ergo gloriosa, sicut cætera prophetarum præconia, dicta sunt de te ð fili hominis, & uerum est quod de sancto paracleto sub ipso tuæ passionis articulo promittens dixisti. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annuntiabit uobis. Tuum est, & uere tuum est, quicquid sancti prophetæ locuti sunt. Et enim illi de te scripserunt, de te quid scriberent acceperunt, & de illo tuo spiritus paracletus quantum sibi placet accipiens, & nobis annuncians, id est, intelligere faciens, clarificat te nobis: ut claritatem iam hic ex parte uideamus, siue cognoscamus, tantæ gloriæ tantique honoris tui: cuius hæc summa est, quia cum fueris mortuus plagis, quas in medio manuum tuarum accepisti, adhuc loqueris, et ipsas ostendens plagis interrogantibus iugiter respondes responsione mirabili. ¶ Quid enim? Quid diu, quomodo, à quo, uel à quibus interrogaberis, siue dicitur tibi, quod istæ plagæ sint? Nimirum in secula seculorum sine cessatione, & cū ineffabili admiratione dicitur tibi. Et à deo patre, cui factus es obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, dicitur tibi: & à sanctis angelis, qui in te desyderant prospicere, dicitur tibi: & ab hominibus, quos morte tua redemit, dicitur tibi, & iugiter interrogaberis: quid istæ plagæ sint, & tu dices eis dictione qua nullum unquam finem habet. His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me, Et ð magna

Nō sum propheta, homo agricola ego sum, per ironiam dicitur.

Iohan. 7. 9

Matth. 13

Iohan. 8. 10

Quid sit plagatus in medio manuum tuarum.

Lucæ. 24.

Iohan. 16

Philip. 2

1. Pet. 1.

gnum sacrilegium, sacrilegum homicidium, plagas eiusmodi tibi esse illatas in domo diligentiū. ¶ Non dices, his plagatus sum ab his qui diligebant me, sed in domo eorum qui diligebant me. Nam qui plagas intulerunt, non dilexerunt te: erant autem secundum carnē domus Abraham & Isaac & Iacob & David, & ceterorum talium qui diligebant te, qui promissum sibi expectabant te. Veruntamen hoc dicere, non est respondere, ad hanc interrogacionem, quid sunt plagae istae. Aliud nanque est percunctando dicere, quid sunt plagae istae, & aliud dicere ubi factae sunt plagae istae. Illud quod quid sint plagae istae. Ergo ex abundanti dicit, his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Et tunc demum dicit, quid sint plagae, dicit: calix est, quem pater dedit mihi bibere. ¶ Nam quod protinus sequitur, & qui pollens est, uox enim est patris eiusdem qui calicem dedit, & ex persona eius sonat hoc dictum in auribus nostris. Framea suscitare super pastorem meum, & super uirum coherentem mihi. Percute pastorem, & dispergentur oves gregis. Memoriter tenendum est, cur in hunc prophetiae locum sermo deuenit, quia uidelicet facies ista, quam nunc contemplamur, facies uitulante & retro plena oculis: cum iam protinus ad uictimam raperetur, huc respexit: Omnes (inquiens) uos scandalum patiemini in me in ista nocte, scriptum est enim: percutiam pastorem & dispergentur oves gregis. Idcirco & nos huc respeximus, & uidimus locum hunc siue capitulum prophetiae fidelis, illustratum respectu scintillantis faciei huius, uidimus (inquam) prophetiae sensum hoc dicto elucidatum, scriptum est enim, percutiam pastorem & dispergentur oves gregis. Etenim litera licet non sic se habeat, sensus proculdubio sub ista litera hoc habet, quia quod litera sonat, framea suscitare super pastorem meum, percute pastorem, dictum est patris, frameam adhibentis siue imperio suo suscitantis, & quod hic dicit, percutiam pastorem & dispergentur oves gregis, responsum frameae, responsum est mortis. ¶ Quid enim est framea haec, nisi mors? Non dico mors peccati, mors animae, quae peccantem animam à deo uiuo seingit sed mors corporis est framea haec, qua omnes percuntur, dum cuiusque nostrum anima à corpore separatur. Frameam hanc super omne genus humanum deus suscitauit, & nos omnes percussit, quando primo homini dixit. Donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es & in puluerem reuerteris. Et nos quidem recte omnes tali framea percuntur, inuoluit enim, immò perniciosissime in aeternum uiueremus secundum corpus, qui secundum animam morte peccati mortui eramus: hic autem pastor dei patris, & uir coherentis illi, est enim una eademque persona cum diuinitate uerbi, quid fecit ut haec framea super eum suscitaretur, ut diceret, pater percute pastorem? Nihil fecit, nullum in se habuit peccatum, sed hoc dicere fuit, ponere in eo iniquitates omnium nostrum. ¶ Quid autem & de eo dicemus, quod in hac prophetia, cum dixissem, percute pastorem & dispergentur oves gregis, statim subiunctus est, & conuertam manum meam ad paruulos? Nōne & hoc ipsum nobis illustrauit? Vbi enim dixit, scriptum est enim, percutiam pastorem, & cetera, protinus addidit. Postquam autem resurrexero, praecedam uos in Galilaeam. Nonne hoc fuit dominus, conuoluit manum suam ad paruulos, post resurrectionem suam apparere in Galilaea discipulis suis, & illic dicere eis, euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti? Eiusmodi nanque humiles auditores suos non solum illic in prophetia, uerum etiam & hic in euangelio paruulos appellauit, confiteor (inquiens) tibi pater domine caeli & terrae, quia abscondisti haec à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. ¶ Tres istae partes una sapientium, scilicet grecorum siue gentilium, & alia prudentium uidelicet iudaeorum non credentium, quibus sacramenta haec abscondita sunt, & tertia paruulorum, id est, humilium, quibus credentibus haec reuelata sunt: tres illae partes sunt, de quibus, ubi praemisit, & conuertam manum meam ad paruulos, statim subiunxit. Exerunt in omni terra dicit dominus partes duas, et disperdentur & deficient, & tertia pars relinquetur in ea & ducam tertiam partem per ignem, & uram eos sicut uritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Hoc ex parte maxima uidemus iam factum. Nam duae partes iam dictae sapientium atque prudentium, de quibus Apostolus: nos autem (inquit) praedicamus Iesum Christum, iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. ecce disperditae sunt & defecerunt: partem autem tertiam, partem paruulorum, id est, humilium

His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.

Iohan. 78  
Framea suscitare super pastorem meum

Framea illa mors corporis est

Gene. 3.

Esa. 53  
Conuertam manum meam ad paruulos.

Matth. 28.

Matth. 11

Partes duae disperdentur & tertia pars, relinquetur  
Zach. 13

1. Cor. 10.

militum, reseruauit dominus, & duxit per ignem multarum tribulationum, ut examinare eos sicut examinatur argentum, ut probaret eos sicut probatur aurum. ¶ Superius iam dictum est de beato Petro, quia dum ambularet super aquas, ut ueniret ad dominum Iesum. Videns uentum ualidum timuit, & cepit mergi, id est, dum semetipsum forte putasset, ita ut ceret, quare non possum te modo sequi, animam meam pono pro te, tecum paratus sum & in cerem & in morte ire: propter uocem unius ostiariae mortem timuit, & uitam negauit, quod fuit incipere mergi. At ipse non omnino merus est, & ut non mergeretur, ut tempestatem illam euaderet, respectus domini fecit, quia conuersus dominus (ait Euangelista) respexit Petrum, & recordatus uerbi domini Petrus, egressus foras fleuit amare, fletu poenitentiae. Respectus uenerabilis, respectus misericordiae & propiciationis, ille fuit, qui poenitentiam operatus est, poenitentiam bonam, & salutem stabilem illi fecit. Ecce autem alia, & longe dissimilis poenitentia. ¶ Tunc (inquit Euangelista) uidens Judas qui cum tradidit quod damnatus esset. Poenitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccauit, tradens sanguinem iustum. Et illi dixerunt: Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis in templo recessit, & abiens, laqueo se suspendit. ¶ Vere enim longe dissimilis, & ualde contraria huius poenitentia fuit poenitentia iam dictae Petri apostoli, quia mortem ista salutem autem operata est illa poenitentia. Venerari & honorare intendimus hic (ut saepe iam dictum est) faciem huius uultu qui tunc dicebatur ad uictimam, quando Petrum respexit, & ad praedicandam claritatem oculorum eius hoc dicimus, quia facies eadem, quae Petrum respexit, super Iudam quoque respexit, sed respectu dissimili. Videlicet Petrum respectu misericordiae. Iudam respexit respectu iudicij. Nam ne quis existimet respectum domini semper fieri in bonum, illius super quem respicit: ecce scriptura manifeste dicit. Iamque aduenerat uigilia matutina, & ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. ¶ Et de utroque pariter respectu, uidelicet, & de respectu gratiae suae misericordiae, & de respectu irae suae iudicij, Psalmus dicit sententis continuatis: Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Igitur ipsa facies, quae Petrum respexit, ut ad poenitentiam salutarem compungeret: Iudam quoque respexit, ut ad poenitentiam exitialem conturbaret. Et ad contemplandam talis respectus iustitiam iam quidem trahimur, sed prius est, ut de modis poenitentiae quippiam loquamur, quoniam de isto perditionis filio ita dictum est, quia poenitentia ductus retulit triginta argenteos, et abiens laqueo se suspendit. ¶ Unus est poenitentiae modus, de quo iustus et misericors deus curare dignetur, uidelicet ubi causa poenitentiam agendi est, fides futuri seculi, metus gehennae, desideriumque regni dei. Huiusmodi poenitentiam non solum per suos nuncios, uerum & maxime per semetipsum deus de caelo ueniens praedicare curauit, sic incipiens Euangelium suum, poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. ¶ Alius est poenitentiae modus, ubi causa poenitentiam agendi est, amor praesentis seculi, pro qua uidelicet causa poenitentiam egit ipse Achab, de sanguine Naboth, Iezaelitae, scindens uestem suam, ieiunansque ac dormiens in sacco, & ambulans demisso capite. Pro causa hac & Sodomitae, tyriac & Sydonij poenitentiam egissent, quemadmodum dominus dicit: Quia si in Sodomis factae essent uirtutes, quae factae sunt in uobis, o Chorozaim & Bethsaida, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. De huiusmodi poenitentia, quam salutem non operatur, deus nunquam curasse legit, ut uel per semetipsum uel per nuncios suos eam praedicare dignaretur, praeter quod ad Ninuien ciuitatem magnam misit prophetam Ionam, licet ille nec poenitentiam ibi praedicauerit aut praedicare iustus fuerit, sed hoc tantum, adhuc quadraginta dies & Ninuien subuerteret. ¶ Cum ergo duae sint istae causae poenitentiam agendi, propter quam earum poenitentia ductus est iste filius perditionis. Nunquid propter causam futuri seculi? Non utique cum diabolus esset, sic ipse dominus iam dudum dixerat, nonne ergo uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? Nonne ista de isto seculo curauit aut quicquam spei habuit. Nunquid uero propter causam praesentis seculi? Non utique, nam & ut hoc male relinqueret, abiens laqueo se suspendit. ¶ Qualis

Matth. 74.

Iohan. 73

Respexit dominus  
Petrum  
Lucae. 23Alia poenitentia  
Petri, alia  
Iudae

Exo. 74.

Duplex respectus  
domini, unus  
misericordiae  
alius irae  
Psalm. 33Poenitentia  
bonaMatth. 4  
Poenitentia  
mala  
3. Reg. 21

Matth. 11

2. Cor. 7.

Ionae. 3  
Qualis poenitentia  
Iudae.

Iohan. 6.

Qualis ergo causa esse potuit, quæ fecit illum pœnitentia duci? Hanc enim non ociose querimus. Et obscura quidem & incerta nobis est, sed per aliud simile fieri potest, ut non nihil inueniamus. Scriptum est de Achitofel, qui fuerat consiliarius Dauid, & uersus ad Absalon consilium inutile dederat contra Dauid, quia uidens quod non fuisset factum consilium suum, strauit asinum suum, & surrexit, & abiit in domum suam & in ciuitatem suam, & disposita domo sua, suspendio interiit. Quam ob causam se ille suspendit? Vidit enim, quia non erat factum consilium suum. Parum dictum est, nisi simul subintelligas, quia malignus coniector conieciatur, decipiendum fore Absalon, & reuersurum esse Dauid in regnum suum, quod sibi æstimabat fore intolerabile malum: quippe qui inter cetera mala iam ante dederat consilium, ut Absalon fedaret patrem suum. ¶ Illud simile istius recte dixerim. Quis enim nesciat illum Dauid similitudinem uel typum prætulisse huius Iesu Christi filij dei, & sui quoque secundum carnem filij? Nam ut & secundum præsens sacramentum quatuor facierum aliquid loquar. Propinquus ipse fuit faciei hominis, pro eo maxime quod ex semine eius Christus secundum carnem. Et faciei Leonis, pro eo quod fortissimus ipse cum leonibus iussit (ut sapientia meminit) quasi cum agnis, & in urbis similiter fecit. Nunquid non occidit gygantem, & abstulit opprobrium ab Irahel? Contriuit inimicos undique, & contriuit cornu ipsorum usque in æternum in omni opere. De similitudine quoque faciei uultu plurimum habuit, quia uidelicet multis laboribus eruditus fuit, & multis tribulationibus passionibus Christi præsignauit. Vnde & sicut itidem sapientia testatur, Christus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in æternum cornu eius. Nihilominus illud multum attinet ad faciem aquilæ uolantis, quod propheticæ gratiæ oculis mirabiliter & uidit & cecinit sacramenta cœlestia eiusdem Christi seorsum ad dexteram patris, uidit (inquit) & audiuit, ut inter cetera referret nobis, dicens: dixit dominus domino meo sede à dextris meis. Suo quoque nomine ad similitudinem accedit, interpretatur enim Dauid manu fortis siue desyderabilis. ¶ Porro Achitofel & nomine & re similitudinem prætulit huius, de quo nunc sermo est, Iudæ filij perditionis. Achitofel quippe interpretatur, frater meus cadens siue irruens. Et sicut ille uoluit & in eo intendit, ut Dauid de regno eiectus, etiam funditus deleteretur, id est moretur, & ita periret nomen eius. Dixit enim ad Absalon: Eligam tibi duodecim milia uirorum, & confurgens persequar Dauid hac nocte, quippe qui lassus est, & solutis manibus percutiam eum: sic & iste dominum nostrum, non quomocumque mori, sed ita mori uoluit, ut periret nomen eius, testante psalmo ex persona eiusdem Christi, quo cum dixisset inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius: protinus de isto insidiatore maximo & insidiantium pessimo, ita subiunxit. Et ingrediebatur & uideret, uas ma loquebatur cor eius, congregauit iniquitatem sibi, Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Et hoc idem iterum repetens, cum de uniuersis dixisset: Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mihi, & cetera, istum manifestius expressit, dicens: Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. ¶ Hinc manifestum est, quod iste, nec solus iste, sed maxime iste, sic dominum Christum mori uoluit, ut periret nomen eius, id est, ut nulla fama uel memoria, & nullus superesset doctrina eius: sicut ille uidelicet Achitofel illum intendebat, ut Dauid (sicut iam dictum est) de regno eiectus, nequaquam ultra regnare posset, morte præuentus. Eandem igitur uel simile ob causam uterque pœnitentia ductus est, & uterque laqueo se suspendit, uidelicet, quia pensauit tam iste quam ille, quod res non procederet secundum consilium eius. Et inde pulcherrimam similitudinis perfectionem. Quomodo ille pensauit uel unde ille percepit non fieri secundum intentionem suam, ut funditus exterminaretur Dauid. Nimirum ex eo, quod Chusai amicus Dauid, quasi relicto Dauid, uenerat ad Absalon, quem utique sciebat, nequaquam a se recessisse a Dauid, neque corde esse cum Absalon. Nonne iste similiter de domino Christo dicere poterat, quod quis esset damnatus & moreretur, non tamen periret nomen eius, ex eo quod susperfites erant discipuli eius, prædicaturi nomen & resurrectionem eius. Denique hoc uoluerat ut discipuli quoque eius cum eo comprehenderentur. Et manifestius Euangelista Iohannes exprimens, Stabat autem (inquit) & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis, Vtergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, & cetera usque,

Achitofel  
2. Reg. 17.

Dauid typum  
Christi gessit se  
cundum quatuor  
facies animalium

Psal. 88. & 131  
Ecci. 47  
1. Reg. 17

Ecci. 47

Psal. 709  
Similitudo Iudæ  
ad Achitofel.

2. Re. 17.

Psal. 40.

Uoluit Iudas,  
ut non solum  
ipse Christus,  
sed & nomen  
eius periret

Io. 8.



Esa. 8  
Chusai, figus  
ra fuit discipu  
lor: Christi  
Iohan. jr.

si ergo me quæritis, finite hos abire, ut impleretur sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi non perdidit ex eis quenquam. ¶ Horum uidelicet discipulorum quibus ipse iam dixerat. Iam non dico uos seruos, sed amicos meos, & nomine & re similitudinem gessit ille Chusai, quippe interpretatur silentium. Nam Chusai aliud nomen est, quod ad istud non pertinet, & interpretatur Aethiops, ait beatus Hieronymus, alijsq; literis scribitur. Hoc ergo nomine Chusai, quod ( ut iam dictum est ) interpretatur pulchre præsignatum est, silentium discipulorum metuentium, qui relicto eo omnes fugerunt, & non solum siluerunt de illo, propter metum Iudæorum, uerumetiam negauit eum Petrus maximus illorum. Qualis illa negatio fuit? Nonne solummodo linguæ, & non etiam cordis? Sicut enim ille Chusai, non corde uel animo, sed ore solummodo negauit amicum Dauid, dum dicente Absalon, quare non isti cū amico tuo? respondit, nequaquā, quia illius ero quē elegit dominus & hic omnis populus & uniuersus Israel, & cum eo manebo: sic & Petrus Apostolus non corde, sed solo ore Christum negauit, dum dicente aliquo, & tu ex discipulis eius es? respondit, non sum. Et sicut illud quod taliter Chusai recessit à Dauid, per uoluntatem factum est ipsius Dauid, dicentis, si ueneris mecum, eris mihi oneris: sin autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalon, seruus tuus sum rex, sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus, dissipabis consilium Achitofel: sic & istud quod omnes discipuli relicto domino fugerunt, & inter Iudæos per silentium iam dictum semetiplos referuauerunt, uoluntate factum est ipsius domini, dicentis: quo ego uado uos non potestis uenire, quo ego uado non potes me modo sequi, si ergo me quæritis, finite hos abire, ut uidelicet, dissiperetur consilium Iudæ, fieretq; illis referuatis, ut eo mortuo nomen eius non periret nobis, quibus annunciauerunt, quia resurrexit. ¶ Ex hac nota similitudine documentum sumere libuit, ad demonstrandum, quod pœnitentia Iudæ dolor fuerit natus ex inuidia crudeli, & confessio eius dicentis: Peccaui, tradens sanguinem iustum, parum aut nihil differre potuerit à confessione dæmonum, qui illum non solum iustum, uerumetiam filium dei esse interdum confessi sunt. ¶ Et quia similitudinibus huiusmodi uti delectabile est in sanctis scripturis, non tædeat nos ceptam hanc similitudinem adhuc longius persequi. Sicut enim illius desertoris Achitofel suspensium, quo interijt, dirum fuit prodigium Absalon & populo Israel egreso ad pugnam contra uiros Dauid: sic suspensium huius proditoris Iudæ, qui & suspensus crepuit medius. Et diffusa sunt omnia uiscera eius (sicut in actibus Apostolorum meminit Petrus Apostolus) horribile fuit portentum populo Iudæorum, non desistenti persequi discipulos CHRISTI filij Dauid.

2. Reg. 16

10. 13.  
10. 18

Confessio Iudæ, sicut confessio dæmonum.

Dirum portentum in suspensio eius.

Actu. 1

2. Re. 18.

Iudæi, suspensum inter celum & terram.

Psal. 79

Triginta maledictiones Iudæ per triginta argeus.

2. Reg. 17

¶ Denique & ibi post suspensium Achitofel, Absalon quoque suspensus pependit, sicut scriptura dicit: quia cum ingressus fuisset mulus, cui sedebat subter condenlam quercum & magnam, adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso inter celum & terram, mulus, cui sederat, pertransiit, & ipse Absalon confossus est lanceis, & populus Israel cæsus est à uiris Dauid, multoq; plures erant, quos saltus consumperat de populo, quam hi quos uorauerat gladius in die illo. Et hic suspensio Iudæ, populus Iudæorum totam damnationis eius suscepit hæreditatem, pendens inter celum & terram, id est, neque spem habens in celo, quia uitæ æternæ indignum se iudicauit, neque terram habens suam, uenerunt enim Romani, tuleruntq; locum & gentem, & multo plures, quam illo unquam die uorasset gladius, de populo illo consumpsit in obsidione illa saltus Romani exercitus post quadraginta annos, ducibus Vespasiano & Tito, iuxta quod prædictum fuerat per Psalmistam. Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Nonne hoc est pendere inter celum & terram, & crepuisse, & omnia pendens uiscera diffusa esse, scilicet neque in celo spem suæ ullam partem, neque in terra quam calcamus locum ullum proprium habere, & post seditionum ingentem crepitum, quem historiographus denarrat Iosephus, reliquias conclusæ multitudinis, quæ gladio superfuert, in omnes gentes captiuas ductas esse? ¶ Et ille siquidem Achitofel festinans ad interitum, domum suam disposuit, sicut litera refert. Et disposita domo sua suspensio interijt: huius autem domum, scilicet iam dictum populum Iudaicum, qui domus eius recte dicitur, ex quo dux ipse fuit eorum qui comprehenderunt dominum Iesum, iam dudum disposita fuerat

fuerat spiritus propheticus in Psalmo centesimo octavo sub triginta maledictionibus, quas & nos precedenti loco numerauimus, quarum prima est, constitue super eum peccatorem. Tricesima, & iudantur sicut diploide confusione sua: secundum numerum triginta argenteos, quos iste uenditor iusti sanguinis ab illis emptoribus acceperat. Illius nimirum prophetici spiritus dispositione illud quoque dispositum fuit, ut eosdem triginta argenteos Iudas referret principibus sacerdotum & senioribus, atque proijceret in templo, & illi acceptis argenteis dicerent, non licet mittere eos in Corbanan, quia precium sanguinis est, & consilio inito emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Nam ne casu hoc accidisse quis putet. **L**unc inquit **E**uangelista impletum quod dictum est per **P**rophetam dicentem: **E**t acceperunt triginta argenteos, precium appreciati, quem apprehenderunt a filio Irahel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mibi dominus. **P**ropheta per quem hoc dictum fuerat, Zacharias est, sed per incuriam scriptorū inoleuit, ut hic pro Zacharia nominaretur Hieremias, & ipsa propheta, quam hic abbreviauit Euangelista, maxima querela est pastoris boni, iuxta illud quod alibi dicit: **R**etribuebant mihi mala pro bonis. **N**arrat quippe gregem se pauisse pastor bonus, ab eo quoque hæc dicit dominus deus meus: **P**asce pecora occisionis, quæ quæ possiderant, occidebant, & non dolebant, usque ad id, & dixit dominus ad me, adhuc sume tibi uasa pastoris stulti, quæ omnia hic per scribere & explanare nimis longum est. **T**estimonium quod Euangelista breuius posuit, sic se habet inter cætera illius capituli. **E**t dixi ad eas: **S**i bonum est coram uobis afferte mercedem meam: & si non, quiescite. **E**t appenderunt mercedem meam triginta argenteos. **E**t dixit dominus ad me: **P**roijce illud ad statuarium, decorum precium, quod appreciatus sum ab eis, & tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum dei ad statuarium. **¶** Denique hoc sciendum, quia sub conditione, & quasi conuentione facta, gregem paui, scilicet, filios Irahel, de quibus **P**salmista dicit: **D**eduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moyse & Aaron. **E**t sub conditione legem dedi eis in monte Synai, & terram Chanaan, cuius uidelicet, conditionis siue conuentionis, summam **P**salmistam breuius exprimit his uerbis: **E**t dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. **Q**uid ergo est hic dicere: si bonum est coram uobis, afferte mercedem meam, & si non, quiescite: nisi in arbitrio ipsorum quid mallent ponere, & uoluntarias debiti cultus & susceptæ legis obseruationes querere? **N**am uoluntarium seruitium ab eis quæsiisse deum, manifestum est. **E**xempli gratia: **T**estes ait ipse per Moysem in uoco cælum & terram, quod proposuerim uobis uitam & bonum, & benedictionem & maledictionem. **E**lige ergo uitam, ut & tu uiuas & semen tuum. **E**t Iosue dixit ad eos. **S**in autem malum uobis uidet ut domino seruiatis, optio uobis datur. **E**ligite hodie quod placeat, cui seruire potissimum debeatis. **¶** Igitur quod dicit: si bonum est coram uobis, afferte mercedem meam, & si non, quiescite: tale est, ac si dicat, ille filius patrisfamilias & domini uineæ, missus ad agricolas tempore fructuum, ut acciperet uineæ fructus. **E**cce pater meus, postquam seruos suos misit, quorum alios cæcidistis, alios lapidastis, nouissime misit me ad uos, dicens: **V**erebuntur filium meum. **S**i ergo bonum est coram uobis, date fructus uineæ, & si non, saltem quiescite, ut non occidatis me, dicentes: **H**ic est hæres, uenite occidamus eum, & habebimus hereditatem eius. **A**t illi non solum fructus uineæ non dederunt, uerum etiam ab hoc malo non quiescerunt, quin eijcerent me extra uineam, & occiderent. **¶** **E**t ut hoc facere possent, appenderunt triginta argenteos, quos hironice dico mercedem meam, quia non mea uel mihi debita merces, sed sanguinis mei precium erant. **M**isericordiam tam malæ retributionis spectandum erat oculis patris qui miserat me, ut uineæ fructus exigerem ab eis. **D**ixit ergo dominus ad me: **P**roijce illud ad statuarium, decorum precium. **D**enique precium quod sic appreciatus sum ab eis, cum grauissima hironia dixit decorum, ille statuarium, id est, figulus, siue plasmator hominis, deus pater meus. **T**uli enim triginta argenteos & proieci illos in domum dei ad statuarium, ut, scilicet, uidens retributionem tam iniquam, daret iudicium, & iudicaret eos ex ore ipsorum dicentium: **M**alos male perdet, & uineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. **¶** **A**d hunc sensum ualet quod continuo sequitur. **E**t præcidi uirgam meam secundum quæ appellatur

Mat. 27

Zach. ij

Psal. 34

Zach. ij

als + quo.  
Lex & Terra  
Chanaa filijs  
Irahel sub eo  
dirõe data  
Psal. 76.  
Psal. 104

Deut. 30

Iosue. 24  
Parabola de  
mal' agricol.  
Mat. 21

Mala retribu  
tio

Zach. ij

Mat. 27

Zach. ij

Due uirge do  
mini, una des  
cus, altera funi  
culus

Gene. 9.

lege IIsrahe  
liticæ.

Deut. 32  
Quomō abs  
cōdit uirgam  
priorem

Actu. 14

Rom. 11.

Dissoluta  
Germanitas.  
3. Reg. 12

Plal. 88. & 131

3. Reg. 19

Rom. 11  
Nō ueni pacē  
mittere s; gla  
diū. Mat. 10.

Plalm. 47.

Rom. 9

Dn̄a uerboꝝ  
rū inter pphe  
tā & euāgeli.  
Mar. 27  
Zach. 11.

Ibidem.

batur funiculus, ut dissoluerem germanitatem inter Iudam & Iſrahel. In isto prophetiæ ca  
pitulo, quod totū hic perſcribere piguit, ita præmiſerat. Et aſſumpſi mihi duas uirgas, unā  
uocauī decorem, & alteram uocauī funiculū, & paui gregem. Ac deinceps: Et tuli uirgam  
meam, quæ uocabatur decus, & abſcidi eam, ut irritū facerē fœdus meū, quod pepigi cum  
omnibus populis. Et eſt ſenſus: Regendas ſuſceperam omnes gentes, & fœdus pepigerā  
cum eis, dicens ad Noe & ad filios eius, ecce ego ſtatuam pactum meum uobiscum, & cū  
ſemine ueſtro poſt uos, & illius regiminis uirgam uocauī (inquit) decorem. Decus enim ſi  
ue decor quidam eſt non paruus inter omnes genus humanum, & deinde ſeorſum regen  
dum ſuſceperam gregem unum gentis Iſrahelitæ. Et huius regiminis uirgam alteram  
(inquit) uocauī funiculum, iuxta illud: Pars autem domini populus eius. Iacob ſu  
niculus hæreditatis eius. ¶ Quomodo autem abſcondi uirgam illam priorem, quam uoca  
ueram decorem? Dimittendo ſcilicet gentes omnes abire quo uolebant, quemadmodū &  
Paulus in actibus Apoſtolorū dicit: Annūciamus uobis ab his uanis conuerti ad deū uiuū,  
qui fecit cœlū & terram, mare & om̄ia quæ in eis ſunt, qui in præteritis generationibus di  
miſit om̄es gentes ingredi uias ſuas. Porro uirgam ſecundam, quam uocauerat funiculum,  
præcidi (ait) ut diſſoluerem germanitatē inter Iudam & Iſrahel, faciendo ſcilicet, quod  
ipſemet iudicauerūt, ad quos & propter quos parabolam dixerat, malos male perdet, & uir  
neam ſuam locabit alijs agricolis. Sicut præcidi ſū, ita & factū eſt. Præcidi uirgam ſuam ſe  
cundam, quæ appellabatur funiculus, & hoc non quomodocunq;, non ita ut repelleret ple  
bem ſuam, nunquid enim (ait Apoſtolus) repulit deus populū ſuū? abſit, nam & ego Iſra  
helita ſum, ex ſemine Abrahæ, de tribu Benjamin: non repulit deus plebē ſuam quæ præſci  
uit: ſed ita, ut diſſolueret germanitatē inter Iudā & Iſrahel. Et eſt ſenſus: Sicut olim diſſoluta  
eſt germanitas inter Iudā & Iſrahel, qñ decē tribus ſciſſæ ſunt à domo Dauid, facientes ſibi  
regē Ieroboā, & colendo uitulos quos ille fecit: tribus autē Iuda pmanſit cū domo Dauid,  
habens ciuitatē Hierlīm, & unicū templū nois dn̄i, ita & nūc. Sicut enim tūc in illa diſſolutio  
ue germanitatis tribus Iuda, ex qua oportebat Chriſtū naſci, adheſit regi ſuo Dauid, cuius  
de domo natiuitatis illa ſperabat, quia dn̄s iurauerat illi, & ſicut in ipſo Iſrahel, i. in decē tri  
bus, aliq; erant reſidui, dicente dn̄o, reliquī mihi ſeptē milia uiroꝝ, qui nō curauerūt ge  
nua ante Baal: ſic & in hoc tēpore (ait idē Apl̄s) reliquias ſcđm electionē gratiæ ſalutis faciē  
ſunt. ¶ Et in his tanta eſt diſſolutio germanitatis, quanta ſignificari potuit ſignificatiōe gla  
dij, cū dn̄s dicit: Nolite arbitrari quia uenerim pacē mittere in terra, Non ueni pacē mitte  
re, ſed gladiū. Veni enim ſeparare hominē aduerſus patrē ſuū, & nurū aduerſus locrū ſuū, &  
inimici hois domeſtici eius. Ibi dolores ut parturientis, p tanta diſſolutiōe germanitatis.  
Exēpli gratia cū Paulus Apl̄s dicit: Veritatē dico in Chriſto, nō mentior, teſtimoniū mihi  
perhibente cōſcientia mea in ſpū ſancto, qñ triftitia eſt mihi magna, & cōtinuus dolor cor  
di meo. Optabā enim ego ipſe anathema eſſe à Ch̄ſo, p fratribus meis, q ſunt cognati mei ſe  
cundū carnē. ¶ Intueri tandē libet, qā inter ppheſiā & rem geſtā, ſcđm qualitates uerboꝝ  
nō nulla diſtantia eſt. Nā in re Iudas (ait Euangelista) retulit triginta argenteos principibus  
ſacerdotū & ſenioribus, & piccit eos in tēplo: in ppheſia autē ipſe, qui mercedē ſuā quære  
bat, qui gregē pauerat, dn̄s dicit: Et tuli triginta argenteos, & proieci in domū dei. Itēq; &  
cum futurū eſſet, & ita factū ſit, ut dicerent illi emptores ſanguinis, nō licet eos mittere in  
Corbanan, qā preciū ſanguinis eſt, & hæc dicētes emerēt ex illis agrū figuli in ſepulturā pe  
regrinorū: ita ppheſatū fuerat. Et dixit dn̄s ad me: Proiſce illos argēteos iue illā p̄ciū ad ſta  
tuariū, i. figulū. Itaq; qđ fecit Iudas referens argēteos, & qđ fecerūt p̄cipēs ſacerdotū &  
ſeniores emendo ex illis agrū figuli, hoc ſcđm uerba prophetiæ ſemelipm̄ feciſſe dicit ipſe,  
cuius ſanguinis preciū fuerūt illi argentei. Diligenter animaduerte. Non qđ talē appende  
runt mercedē diuites illi, negociantes in tēplo, & dicere ſoliti, qđ in hoc ipſo capitulo præ  
miſſum eſt, benedictus dn̄s, diuites facti ſumus: nō (inquam) qđ conſtituerūt traditori dare  
triginta argenteos pro traditione dn̄i, hoc fecit dn̄s: ſed qđ traditor eoſdem retulit argen  
teos, & quod illi conſilio inuito emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorū, hoc  
fecit dn̄s dei filius, & hoc (inquit) conſtituit mihi dominus. ¶ Et quem non delectat iuſti  
tiæ cauſam cognoscere, cur ita fecerit dominus, cur tā opere hoc facere uoluerit dei filius,  
ut ſuper

ut supra faciēdo, quasi iam factō, tubā prēmitteret prophetīcam personantē suo perflante spiritu. Deniq; per hoc excitati aestimare debemus, argenteos illos grauiſſimos & maximi fuisse ponderis, magniq; signatos inscriptione mysterij, quā ipse nouerat qui omnia in sapientia fecit. Appendamus eos melius in statera rationis quā male appenderūt ipsi qui dederūt eos in precium sanguinis iusti. ¶ Primo sciendū illud, quā argentū fuit dñi, sicut & cætera oīa quæcūq; possidebant illi, diuites facti, filij pauperū, quorū patres nihil habuerūt, quippe quos de Aegyp̄tia seruitute, quā propter uenditionē fratris sui Ioseph diu seruerāt, dñs eduxit, nihil habētes, nisi quod dedit eis regiōes gentiū & labores populoꝝ possiderūt, sub ista cōditōe (sicut iā sup̄ius dictū est) ut custodirēt iustificatiōes eius, & legē eius regrant. Et terra (inqt) mea est: uos autē coloni mei estis. Tūc dedit & extūc multiplicauit eis aurū & argentū, uide licet de laboribus populoꝝ iā suis, de regionibus Chananeorū in suū ius redactis, quā per iustū illis abstulerat iudiciū, ppter scelera ipsoꝝ. ¶ Nihil ergo iuris isti habuerūt in bonis illis, nisi hoc, ut seruiētes dño, bonis dñi uterent, tanq̄ mercennarij. At illi utentes bonis dñi p̄ se penimis fraudauerūt seruitiū dñi, intantū ut hæc ipsa bona, quæ p̄ mercede acceperant seruitij dñi, sacrent dijs alienis, & simulachra fabricarēt dæmonijs. Hoc est quod p̄ Prophetā Osee dñs idē conquerit his uerbis, sub similitudine mulieris fornicatricis. Et hæc nesciuit, quā ego dedi ei frumentū & uinū & oleū, & argentū multiplicauit ei & aurū, quæ fecerūt Baal. Idcirco conuertar, & sumā frumentū meū in tēpore suo, & uinū meū in tēpore suo, & libe rabo lanā & linū meū, quæ operiebant ignominia eius. Paꝛ illud fuit, quod argentū & aurū dñi fecerūt Baal. Impleuerūt isti filij mensurā patrū suoꝝ, in eo maxime, quod argentū eiusdē dñi precium sanguinis eius fecerūt. Igitur iam planē tēpus erat faciendi, quod in illa p̄phetia p̄ scriptū fuit, ip̄s dño liberandi lanā suā, & linū suū, quod operiebāt ignominia suā fornicatricis illius, liberandi frumentū & uinū suū, aurū suū & argentū suū. ¶ Huiusce liberationis initium quale esse potuisset conuenientius iustius aut uenerabilius, quā ut reuocaret, & de manu traditoris abstraheret, atq; in templo projiceret illud ad statuarium iam dictum, scilicet, deum patrem suum illos triginta argenteos sanguinis sui precium? Nam uere ipsa relatio argenteorum, liberationis iam dictæ fuit initium, liberationis omnium honorum, quibus sibi collatis illi nimis sacrilege & crudeliter abusi sunt: Finis autem uel consummatio, quando uenerunt Romani, totumq; aurum & argentum siue in templo siue extra templum, lanamq; & linū, quod incendio superfuit, abstulerunt: Et factum est quod in eodem Propheta cōmintaus fuerat dominus, ne forte (inquiens) expoliam eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ, & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam uelut terram in uiam, & interficiam eam siti. ¶ Quoniam autem & hoc fecit dominus, sicut iam supra dictum est, non licet eos mittere in Corbanan, quia precium sanguinis est, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum: in isto quoq; facto quis dubitet scitu dignum subesse mysterium? Nos enim eramus peregrini, quippe & quibus dicit: Qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israhel. Hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mundo, Et nunc quidem (ait Idem) iam non hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei: ueruntamen mutata peregrinatione peregrini sumus, profitentes cum eodem, quia non habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus, & facientes, quod idem dicitur exeamus igitur ad eum extra castra improprium eius portantes. ¶ Igitur illi emendo agrum figuli in sepulturam peregrinorū, sicut constituit mihi dominus, domini dei filius, mysterium nobis operati sunt, & licet ignorantes, iustitiæ dei seruerunt. In eo uidelicet, quod sicut illi argentei non remanserunt traditori, qui uendiderat non suū, sic nec sibi precium illud remanere passi sunt, qui bonum operarium & uinæ dominum non de suo, sed de bonis eiusdem domini, de mercede eiusdem operarij, emerant ad interficiendum. Erat autem Corbanan Gazophilatium, & interpretatur Corbanan oblatio, & proinde sic appellabatur, quia de oblationibus implebatur, quæ nimirum oblationes ad ipsos perueniebant. Ne igitur ad illos illi argentei redirent, quibus & ipsum Gazophilatium & cætera omnia iuste tollendaerant, hoc prouidit dominus, hoc constituit dominus, ut emerent ex illis agrum iam dictum, qui uocaretur ager sanguinis in præſagium, malum ipsi, bonum

Quales illi tri  
gint. argenteiArgentū illud  
dñi fuit.  
Gene. 37

Psal. 140

Leui. 27.

Iudæi quid  
ris habueri  
ad bona C  
nanaeorum

Osee. 2.

Quomō  
ra sunt ab eis  
bona illa

Ibidem

Nos nūc aſſ  
p̄grini sum⁹  
q̄ fuim⁹ ante  
fidē susceptā.addo saplus  
Ephē. 2.

Hebrē. 13

Ager figuli.

Corbona

Ager sanguis  
Ecclesia est  
Gene. 4

Rom. 6.  
Facies uitali a  
sinistris ppter  
aduersa passi  
onis eius.  
Ezech. 7.

lege t p fidiis.

duplex illuſio  
un. uitorum  
altera canum  
Pſalm. 27

Facies uitali i  
passioe inglia  
& despeſta  
Eſa. 53.  
Passio Christi  
nobis glorioſa.

1. Cor. 1

Math. 17  
lege t sed  
Vidit ad ue  
latōe faciei  
Mar. 14.  
Lucæ. 22

Exo. 34.  
2. Exo. 3.

Pſalm. 68

num nobis. ¶ Ager quippe sanguinis tota est illis Ecclesia Christi, quæ sanguinem illum usq; hodie fideliter bibit, clamantem ad Deum aduersus maledictos illos, secundum similitudinem sanguinis Abel iusti, de quo dñs ad loquit Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Quomodo autem in huiusmodi agro sepelitur aut sepulti sumus nos peregrini? Quis hoc nesciat? Quicumque baptizati sumus (ait Apostolus) in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum ipso per baptismum in mortem & cætera. ¶ Interea iugum obedientiæ trahit ipsa, cuius ad honorem hæc loquimur, facies uitali, & aduersa obueniunt ei, iuxta quod in Propheta dictum fuerat. Facies autem bouis siue uitali a sinistris, Et facies Leonis a dextris, de qua dicendum post hæc erit. Sinistra hæc sunt, quod illuditur, flagellatur, & crucifigitur. Illulus est prius ab ipsis Iudæis & Pontificibus, siue Pontificum ministris, expundo in faciem eius, uelando faciem eius. Colaphis eum cædendo & palmas ei in faciem dando, cum cachinno crudeli, ut dicerent: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit. Deinde illusus est a Gentilibus, quibus eum tradiderunt, militibus, præfulis, Congregata quippe ad eum omni cohorte, exuentes eum, Chlamydem coccineam circumdederunt ei, & plerentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & harundinem in dextera eius, & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. Et exuentes in eum acceperunt harundinem, & percutiebant caput eius: deinde flagellatum, tunc demum crucifixerunt eum. ¶ Fuit ergo duplex illuſio, altera canum, alia uitorum: canum, id est, gentilium: uitorum, id est, Iudæorum, sicut ipse in Psalmo, clamauit: & ad hoc huc clamans, dicit: Circudederunt me uitali multi, thauri pingues obsederunt me, aperuerunt super me os suum, sicut Leo rapiens, & rugiens & cætera. Ac deinceps: Quoniam am circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me, foderunt manus meas & pedes meos. Miro modo prophetia hæc ordinem tenuit historie siue rei gerendæ, ut sicut futurum erat, & sicut factum est, quod prius a Iudæis: & deinde a Gentilibus illusus & male tractatus est: ita prius de Iudæis & Iudæorum Pontificibus quærelam depromeret, sub nominibus uitorum & taurorum pinguium, qui quasi munda erant animalia, quia putabant uel dicebant se cognoscere Deum: deinde de Gentilibus sub nomine canum, quia sine Deo uiuentes, nec saltem nomen scientes eius, palam immundi erant. ¶ Cuncta hæc sinistra fuerunt, unde & facies hæc recte (ut iam dictum est) a sinistris suis se perhibetur. Facies ingloria & despeſta, sicut gemituofus Propheta loquitur: Et ascendit sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra fitienti. Non est ei species neq; decor. Et uidimus eum & non erat aspectus, & conſiderauimus eum despeſtum, & nouissimum uitorum, uirum doloꝝ & scientiæ infirmitatē & quasi absconditus uultus eius & c. ¶ Sinistra (inquam) id est, aduersa hæc fuerunt, sed per hæc sinistra, cuncta nobis dextera per hæc aduersa, cuncta nobis prospera uenerunt. Et illis quidem uitalis siue tauris sinistra hæc ignominiosa, & canibus illis contemptibilia fuerunt. Vnde & Apostolus loquitur: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: sed nobis, id est, nostro sensui, illud stultum dei sapientius est hominibus Iudæis, & infirmum illud dei fortius est hominibus Ethnicis: quos cum autoritate suprascripta uitalis & canes dicere audemus potius quam homines. Beatus est (ait ipse) qui non fuerit scandalizatus in me, & hoc scientes non scandalizamus, t siue gloriamur, & faciem hanc in ista quasi stultitia & infirmitate maxime gloriosam predicamus, quippe qui ipsas eius contumelias sacramentis & maiestate iudicij plenas esse intelligimus. ¶ Primum, illud quod illudentes faciem quoque eius (quod Marci & Lucæ narratio non præteriuuit) uelauerunt, quantum usque hodie super illos exercet iudiciū. Nam quia sic faciem eius uelauerunt, iccirco uelamen positum est super cor eorum, secundum illud portentum, quod Moyses ponebat uelamen super faciem suam, & usq; in hodiernum diem (ait Apostolus) cum legitur Moyses uelamen positum est super cor eorum. Et quia sic uelata facie incuruabant eum ad colaphizandum, recta imprecatione, siue iusta concessione in Psalmo spiritus propheticus: Obscurentur (inquit) oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Sibimet ergo faciem eius absconderunt, quamuis ipse illis absconderunt.

illis abscondisse dicatur, dicente Esaia: Et expectabo dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor eum, subauditur, donec ostendat eis faciem suam, sicut loco memorato prosequitur Apostolus, dicens: Cum autem Irahel conuersus fuerit ad dominum auferetur uelamen. ¶ Interim absconditus est ab eis pro reatu uelationis, & reprobationis, illius, quareprobauerunt eum lapidem summum, lapidem angularem, non qualicumque modo, sed ita procaciter, ut inter reprobandum in faciem quoque eius exproberent. Quo enim modo quippiam magis quam conspuendo reprobamus? Eius nanquerej, quam conspuimus, odorem nobis fetere significamus. Nimis ergo illi reprobauerunt ædificantes istum lapidem, sed frustra: factus est enim in caput anguli. Et principium est fortitudinis, unde plenius dicendum erit in contemplatione faciei Leonis. ¶ Præter hæc & uocem cachiini non sine iusta indignatione Deus audierit, dum uelata facie quasi non uidentem colaphizantes, & alapis cædentes, dicerent: Prophetiza nobis CHRISTE, quis est qui te percussit? Stulti & cæci, nos pro illo uobis prophetizamus, id est, secundum ueram prophetiam respondemus, quia percussit eum filia latronis. Quæ percussit eum, tota synagoga uestra uocatur & est filia latronis. Sic enim habet Prophetia, quam ipse uelata tibi facie nobis uidet, nobis ostendit. Nunc uastaberis filia latronis. Quam ob causam? Obsidionem (ait) posuerunt super nos, in uirga percutient maxillam iudicis Irahel. Quem iudicem Irahel si quæras, quis nam sit, ecce dicimus, quia ipse est, qui natus est in Bethleem, de uirgine Maria, ab initio autem siue ab æterno Deus erat. Nam protinus sequitur, & ait: Et tu Bethlehem Efrata, paruulus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Irahel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Ergo filia latronis tu es ò synagoga Satanæ, quæ tanti iudicis maxillam percussisti, & hoc prophetizat tibi, loquens in Prophetis, loquens etiam in nobis. Cuius filia latronis? Nonne Barrabæ? Erat enim Barrabas latro, & propter seditionem & homicidium missus fuerat in carcerem. Illum tu, tibi donari petisti, auctorem seditionis, occidisti autem hunc principem pacis. Vere ergo filia latronis, & patris eiusmodi, seditiones & latrocinia iuste in hæreditate possidisti. Et idcirco uastata es: quia obsidionem posuisti, eos prohibens loqui, & persequens & occidens eos, qui prænuntiabant de aduentu iusti, scilicet, iam dicti iudicis, & eiusdem, cum præsens esset, maxillam percussisti. ¶ Et quidem Gentiles quoque, quibus eum tradidisti, non minus illuserunt, immò & amplius illuserunt, quia præter hoc, quod similiter (ut tu) expuerunt in eum, & alapas ei dederunt, simul etiam ad derisionem regij nominis, super quo accusaueras eum, Chlamydè coccineam circumdederunt ei. Et plebs gentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & harundinem in dextera eius, & genu flexo regem salutantes, harundine percutiebant caput eius. ¶ Sed in omnibus his tu filia latronis maius peccatum habes, quia legem & Prophetas Messiam tibi promittentes acceperas, ita ut excusationem non habeas de peccato tuo, quin sciens & per inuidiam dominum & regem tuum illuseris, illudendumque & flagellandum & crucifigendum tradideris. Illi autem eiusmodi nihil habentes aut scientes, hæc omnia fecerunt, multo excusabiliores comparatione tui. Nam de tuis aliqui à te persuasi per ignorantiam fecerunt, illi autem omnino nescierunt. ¶ Exeamus tandem ad eum, uel cum eo in loco qui dicitur Golgatha, quod est Caluarie locus, ubi crucifigentes eum, diuiserunt sibi uestimenta eius, & uideamus in humilitate uel pœna iudicati, gloriosum & terribile mysterium iudicaturi. Illic enim ipse duorum latronum medius, alterum à dextris pœnitentem suscepit, & amen (inquit) dico tibi, hodie mecum eris in paradyso, alterum à sinistris in nequitia perseverantem, in damnationem reliquit. Illic & Iohannes ex amicis amicissimus, cum Maria matre ipsius, stans iuxta crucem eius, unde abierant, non uoluntate, sed metu, cæteri discipuli eius, & Barrabas latro nescio quo abierat à Iudæis dimissus. In his quatuor tam diuersis hominibus quam magnum subleuat mysterium iudicaturi huius, qui (ut iam dictum est) duorum latronum medius pendebat iudicatus: tunc demum ritæ perpendis, si simul prospicias, quia cum sederit, ut iudicet omnes gentes, super sedem maiestatis suæ, tunc omne genus humanum in quatuor partes diuidetur. ¶ Illic erunt à dextris, qui iudicentur & condemnentur, atque il

Esa. 8

2. Cor. 5

Plalm. 117.

Synagoga  
Christum percussit, filia latronis dicit.

Mat. 5

Mat. 27.

Lucæ. 23

Illusio Christi a gentilibus

Maius peccatum Iudæorum

Mirabile Tribunal Christi in cruce. Lucæ. 23 Iohan. 19

Quadruplex atque il

genus hominis  
num in extris  
iudicio.

Sapiae. 3  
Mat. 19  
Roma. 2  
Quatuor per  
sonae circa cru  
cem.

Verba legis  
de ritu offerē  
di. Leui. 16

Lex illa, exē  
plar fuit cō  
testium.

atq; illic erunt qui non iudicentur, sed iudicent. Nimirum apostolicæ perfectionis homines, iudicabunt sancti nationes, uidelicet cū illis principibus, quibus specialiter dictum est, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Quarta pars erit illorum qui nec iudicabuntur, quia iam iudicati sunt, iuxta illud Apostoli dictum, quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. ¶ Iam ergo crux ipsa Christi iudicati quodam erat tribunal eiusdem tremendi iudicis, quia circa ipsum alter latronum iudicatus, id est, punitus, & saluatus est; alter iudicatus, de illo iudicio uel pœna transtulit ad pœnā æternam, impœnitens & usq; in fine suo blasphemus, & dilectus Iohannes, neq; tunc neq; deinceps crucifixus, uel alia uia peremptus est. Quartus Barrabas, à deo quidē damnatus erat, sed ab hominibus non iudicatus, immo dimissus, ut iam dictum est. ¶ Splendidus mysterium hoc nobis faciet sancta & mystica lex, capitulo quod huiusmodi est. Locutus est dominus ad Moysen, dicens: post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti sunt, & præcepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra uelum, coram propiciatorio quo tegitur Archa, & non moriatur, quia in nube apparebo super oraculū, nisi ante hæc fecerit. Vitulū offeret pro peccato, & arietem in holocaustum. Tunica linea uestietur, sceminalibus lineis uerenda colabit, accingetur zona linea & cydarim lineā imponet capiti. Hæc enim uestimenta sunt sancta, quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur, suscipietq; ab uniuersa multitudo filiorum Israel duos hircos pro peccato, & arietem in holocaustum. Cumq; obtulerit uitulum, & orauerit pro se & pro domo sua, duos hircos stare faciet coram domino in ostio tabernaculi testimonij, mittens super utrūq; sortem, unam domino & alteram capro emissario. Cuius sors exierit domino, offeret illum pro peccato. Cuius autem in caprum emissarium, statuet eum uiuum coram domino, ut fundat preces super eum, & emittat illum in solitudinem. His rite celebratis, offeret uitulum, & rogans pro se & pro domo sua, immolabit eum, assumptoq; thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manū compositum thimiama in incensum, ultra uelum intrabit in sancta, & positus super ignē aromatibus, nebula eorum ut uapor operiat oraculum, quod est super testimonij, & non moriatur. Tolle quoq; de sanguine uituli & asperget septies digito contra propiciatorium ad orientem. Cumq; mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra uelum, sicut præceptum est de sanguine uituli, ut aspergat e regione oraculi, & expiet sanctuarium ab immundicijs filiorum Israel, & à præuaricationibus eorum cunctisq; peccatis. Iuxta hanc ritum faciet tabernaculo testimonij, quod fixum est inter eos, in medio fortium habitationis eorum. Nullus hominum sit in tabernaculo, quando Pontifex ingreditur sanctuarium, ut roget pro se & pro domo sua, & pro uniuerso cœtu Israel, donec egrediatur. Cum autem exierit ad altare quod coram domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem uituli atq; hirci fundat super cornua eius per gyrum, aspergensq; digito septies expiet, & sanctificet illud ab immundicijs filiorum Israel. Postquam autem emundauerit sanctuarium & tabernaculum & altare, tunc offerat hircum uiuentem, & posita utraque manu super caput eius. Confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & uniuersa delicta atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius emittat illum per hominem paratum in desertum. Cumq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, reuertatur Aaron in tabernaculum testimonij, & depositis uestibus, quibus prius indutus erat, cum intraret sanctuarium, relictisq; ibi leuabit carnem suam in loco sancto, indueturq; uestimentis suis. Et postquam egressus obtulit holocaustum suum ac plæbis, rogabit tam pro se quàm pro populo, & adipem, qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare. Ille uero, qui dimiserit caprum emissarium, lauat uestimenta & corpus aqua, & sic ingreditur in castra. Vitulum autem & hircum qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est, ut in sanctuario expiatio compleretur, asportabunt foris extra castra, & comburent igni, tam pelles quàm carnes eorum & simum. Et quicumque combusserit ea, lauat uestimenta sua, & carnem aqua & sic ingreditur in castra, eritq; hoc uobis legitimum sempiternum. ¶ Assertionem nostram non indiget, demonstratione nostra non opus est, quod hæc & cætera legalia instituta fuerint

fuerint exemplaria cœlestium, quorum quibusdam præscriptis Apostolus dicit: Necessè est ergo exemplari cœlestium his mundari, ipse autem cœlestia melioribus hostijs quàm istis. Denique & Moyse, cum hæc ordinarentur, Deus dixit: Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Ergo exemplaria cœlestium ista fuerunt, immolatio uitulæ pro peccato, & oblatio arietis in holocaustum, & ab uniuersa multitude filiorum Israhel susceptio duorum hircorum pro peccato cum ariete iam dicto in holocaustum, & cætera quæ præscripta sunt, exemplaria fuere cœlestium: Ipsa autem cœlestia sunt ista, de quibus est iam dictum, immolatio CHRISTI crucifixi, & sortes diuinae latronum, qui cum eo crucifixi sunt, dimisso Barraba per petitionem Iudæorum, dicamus ergo. ¶ Non (inquit) omni tempore ingrediatur sacerdos in sanctuarium, quod est intra uelum, coram propiciatorio quo tegitur Archa & cætera. Sacerdos & hostia ipse CHRISTVS est. Ipse uitalus, ipse aries, ipse & hircus, sed diuerso respectu. Sacerdos namque est, quia sicut Apostolus dicit, ipse assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis neque per sanguinem hircorum aut uitorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta, sacrificium præferens panis & uini, secundum ordinem Melchisedech in sacramento corporis & sanguinis sui. Vitulus, quia sicut pro nobis, ita pro illis quoque oportuit eum pati, qui usque ad aduentum eius portantes iugum legis iuste uixerunt, & mundi fuerunt per iustitiam fidei. Arius ipse uidelicet immolatus, & pro arietibus quoque, id est, pro Apostolis suis, de quibus Psalmus dicit: Asserte domino filij dei, asserte domino filios arietum. Ipsi namque duplici de causa recte arietes dicti sunt, uel quia duces sunt totius Ecclesiæ, sicut arietes duces sunt totius gregis, uel quia sicut arietes duobus cornibus, sic ipsi duobus testamentis oppugnantia sibi impugnant: hoc à uitalis, id est, ab anterioribus sanctis, differentes, quod iugum legis non portant, quod neque nos (ut ait Petrus Apostolus) neque patres nostri portare potuimus. Hircus ipse nimirum pro illis, quorum grauiora peccata tulit, siue qui ante aduentum eius sub lege fuerunt, siue quos in aduentu suo ipse, finis legis, per penitentiam suscepit, uel sulcipit, qualium nouissimus latro ille est, quem (ut supra diximus) in cruce penitentem suscepit. ¶ Igitur cum uitulo & ariete & duobus hircis, tunc accessit sacerdos coram domino, in ostium tabernaculi testimonij, quando redemptor noster ad passionem uenit, obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Ostium quippe tabernaculi sancti & ueri, ipsa est passio eiusdem redemptoris. Et illud maxime uulnus eiusdem passionis, quo latus eius unus ex militibus lancea percussus aperuit, apertio est illius ostij, quo ingredimur, & præter quod ostium non est aliud per quod possimus ingredi in gloriam illius cœlestis sanctuarij: nos autem extunc regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis effecti. Suscipiet (inquit) ab uniuersa multitudine filiorum Israhel duos hircos pro peccato, & unum arietem in holocaustum. Cuius obtulerit uitulū &c. ut supra. Unus uitalus & unus aries, quia uidelicet iustorum atque sanctorum hominum, propter quorum imperfectam iustitiam siue sanctitatem Christum tanquam uitulū, & uelut arietem pati siue immolari oportuit, quoniam & si proprijs uel actualibus criminibus non erunt implicati, peccato tamen originali tenebantur obnoxij: nulla dualitas, nulla diuisio est, sed omnes unum sunt. ¶ Porro hirci duo sunt, sorte separandi, quia peccatores siue impij diuisi sunt diuisio ne hominū, ut alij per penitentiam conuersi, remissionem peccatorum accipiant in sanguine Christi, ita alij impoenitentes in suis moriantur peccatis, & non prodest illis sanguis Christi, imò in iudicium uenit super eos, sicut quidam eorum sibi metipsis imprecari sunt dicentes: sanguis eius super nos & super filios nostros. ¶ Ait ergo, Cumque obtulerit sacerdos uitulū, & orauerit pro se & pro domo sua, duos hircos stare faciet coram domino in ostium tabernaculi testimonij, mittens sper utrunque sortem, unam domino, & alteram capro emissario. Hoc ita factum est. Voluntati patris obediens sacerdos uerus dominus Iesus Christus, seipsum tanquam uitulū obtulit, & pro se ac pro domo sua, quæ est Ecclesia, orauit, quando procidens in faciem suam, mi pater (inquit) si possibile est, transeat à me calix iste, uerum tamen non sicut ego uolo, sed sicut tu, factusque in agonia prolixius orabat, & factus est suus.

Hebræ. 9.

Exo. 29

Ch̄us sacerdos ē, & uitalus & aries & hircus mysticus. Heb. 9

Psal̄m. 109  
Ch̄us uitalus;

Ch̄us Arius.  
Arietes Ap̄l̄i  
Psal̄m. 28

Actu. 17.  
Ch̄us hircus

Ostium tabernaculi, latus Ch̄i uulneratum in cruce, Phil. 2

j. Pet. 2.

Duo hirci  
Christi & Barrabas

Mat. 27.  
Lcui. 16.

Lucæ. 22



est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Tunc ubi comprehensus est, & præfidi Pylato traditus, quem (inquit ille) uultis dimittam uobis, Barrabam an Iesum, qui aries & uitulus, diuerso respectu ut supra meminimus. Cuius fors exierit à domino, illum (ait) offeret pro peccato. Cuius autem in caprum emissarium, statuet eum uiuū coram domino, ut fundat preces super eum, & emittat illum in solitudinem, & hoc ita factum est. Quem illi sibi petierunt dimitti, dimissus est illis, scilicet, Barrabas latro: Iesum autem flagellatum tradidit eis Pylatus ut crucifigeretur, quod fuit, hircum sortis domini offerri pro peccato. ¶ Quæ autem fuit solitudo uel desertum, quo dimissus abiit ille Barrabas latro. Sic enim dictum est de hirco emissario. Statuit eum uiuum coram domino, ut fundat preces super eum, & emittat illum in solitudinem. Quod dicit, ut fundat super eum preces id intelligi oportet imprecationes. Nam rursus ita dictum est: Tunc offerat hircum uiuentem, & posita utraq; manu super caput eius, confiteantur omnes iniquitates filiorum Iſrahel, & uniuersa delicta atq; peccata eorum, quæ imprecantur omnes iniquitates filiorum per hoïem paratum in desertum. Quod ergo desertum, uel quæ fuit solitudo, in quam emissus est ille Barrabas, hircus reprobus, malis precibus, diris super caput suum coopertus imprecationibus: Nimirum illa solitudo illud est desertum, quod intelligi oportet in uerbis istis, quæ sacerdos ille prædixerat, ecce relinquet uobis domus uestra deserta, præmissis imprecationibus huiusmodi. ¶ Ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiz, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis, uenient hæc omnia super generationem istam. Vere deserta domus, quam deseruit salus, quam deseruit deus & dominus Iesus Christus, foras ductus, extra ciuitatem crucifixus. ¶ Eiusmodi preces siue imprecationes imprecabitur (ait) capiti eius, posita utraq; manu super caput eius, Non enim una manu, non uno uel simplici sed duplici puniuit eos iudicio, scilicet, & in isto & in futuro seculo, condemnatos ex ore suo dicentium, sanguis eius super nos, & super filios uestrorum. Ergo imprecantis utraq; manus posita est super caput eius, scilicet Barrabæ in primis, & cum eo populi, cui petenti dimissus est talis hircus, portans iniquitates filiorum Iſrahel, & uniuersa delicta atq; peccata eorum, scilicet, contra ipsos in testimonium, quod seditiones hereditario iure possidere deberent, quia seditionis autorem sibi dimitti petierunt. ¶ Quid tandem facere debuit aut potuit ille homo, qui dimisit eiusmodi caprum emissarium? Aut quis ille homo, aut quomodo paratus fuit, quoniam sic dictum est, emittet illum per hominem paratum in desertum: Principes sacerdotum (ait Euangelista) & seniores persuaserunt populo, ut peterent Barrabæ, Iesum uero perderent. Illa persuasio fuit præparatio, & ille homo unus congrue populus unus intelligit, illa persuasio præparatus. ¶ Quid ergo facere debuit homo immundus, tali præparatione & talis capri contagione pollutus? Lauabit (inquit) uestimenta sua & corpus aqua, & sic ingrediet in castra. Quali aqua lauabit? Nimirum aqua baptismatis, aqua sanguine mixta, ex eius latere fors dño exijt, ut inolaretur siue offerret pro peccatis. Qui poenitentia egerit, eo quod persuasus caper emissariū dimisit, & istū martiri petiuit, tali aqua lauabit ut saluari possit. Hoc ita factum est. Poenitentia agite (inquit Petrus) & baptizet unusquisq; uestrū in nomine Iesu Christi in remissionē peccatorum, & accipietis donū spiritus sancti. Itē. Vos autē (ait) sanctū & iustū negastis, & petistis uirū homicidā donari uobis, autore uero uitæ interemistis. Poenitemini igitur & conuertimini, ut deleant uestra peccata. His auditis cōpuncti sunt corde & baptizati sunt primo tria milia, & deinde quinque milia, atq; hoc modo, qui caprū emissariū, id est, Barrabam, dimittens, autore uitæ interfecerat, lauit conscientia suæ uestimenta, & corpus aqua, & sic ingressus est in castra, appositus est ad numerum illoꝝ, quos ab initio mundi credentes usq; in illā horā aqua & sanguis exiens de latere Christi emundauerat. Non omnes ita egerūt, sed qui uoluit sic lotus est, & in castra sanctorū mundus ingressus est. ¶ Et de isto qui de hircu reprobato & male emisso, pro tēpore & re (ut puto) satis dictū est: de cæteris adhuc dicendū, quod plurimū delectat, quia tantūmodo tres istæ species animalium, uitulus, aries & hircus, sub uirga pastoris transeunt, qualis uidelicet pastor fuit ipse Moyses, per quæ ordinata sunt

Solitudo uel desertū hirci, Hierusalē fuit mystice

Matth. 23.

Imprecatiōes in hircum.

Baptisma saglutare præfixuratum

Actu. 2

Actu. 3

DE  
nata  
deus  
liū rat  
anim  
qui cō  
quoz  
concu  
dicere  
plus q  
cū fur  
respon  
intuit  
nec ea  
tribus  
nu qui  
tantur  
tum fa  
dent, a  
tantū  
Si uis  
¶ Ter  
ceptū  
piunt  
cipiunt  
eri car  
Moy  
nis, fur  
ipſi pat  
Christ  
brutoꝝ  
libus u  
hic pas  
tuo cor  
cut dicit  
sumus.  
Christ  
hæc di  
pe eius  
stor mo  
riebant  
mentu  
infertu  
in holo  
pastor  
ctos, &  
tanqua  
stolis,  
tum co  
siue Ca  
esse del  
quæ ne  
caret pe

nata sunt hæc exemplaria cælestiū: pascebat enim oues fœderi sui Iherro quando uocauit eū deus de rubo. ¶ Respice in hanc partem, & non plures sed totidem ordines inuenis animalium rationalium, quæ sub uirga boni pastoris huius transeunt, de quo loquimur, quia posuit animam suam pro ouibus suis, & pro grege suo mori dignatus est. Nam unus est ordo illorum qui coniugati sunt, curisque secularibus licitis inseruiunt, inter quas & propter quas armis quoque utentes, quasi cornu obunco, more uituloꝝ aduersantes sibi ferunt, neminem tamē concutientes neque calūniā facientes & contenti stipendijs uel iustis laboribus suis. Taliū est dicere, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus: quia uidelicet tantum, & non plus quam præceptū est fecerunt. Hi in suo ordine, tanquam uituli boni pastoris suo dilecti sunt. Exempli gratia, ut ille adulescens in Euangelio, qui cū de præceptis interrogatus, respondisset, magister hæc oia seruauit à iuuentute mea. Iesus autem (inquit Euangelista) intuius eum, dilexit eum. ¶ Alius est ordo illorum, qui nullum seculi iugum trahunt, nec ea quæ mundi sunt, appetunt, imò quæ propria sibi esse poterant, non habentibus distribuunt, & uelut tonfi arietes depositis uelleribus sequuntur eundem pastorem suum, cornu quidem habentes sed recuruum, quo neminem perfoderent, quia & si interdum excitantur in zelum, non contra homines, sed contra uitia hominum, siæ fortitudinis, impetum faciunt. Tales erant Apostoli & quotquot Apostolicæ perfectionis uiam tenere student, aut studuerūt, ad hunc ordinem pertingūt. Distantiæ horū summa hæc est, quod illi tantūmodo præcepta custodiūt, isti super præceptū addiderūt, facere consilium dicentis: Si uis perfectus esse, uade uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. ¶ Tertius ordo illoꝝ est, qui non solum non secuti sunt consiliū, sed nec impleuerunt præceptū, uelut hirci, qui neque lanis suis pastorem uestiūt, neque in opere aliquo iugum eius suscipiunt: tandem autē conuersi ad pœnitentiam post crimina quælibet, remissionem & ipsi percipiunt, ita tamen ut peruenire non debeant ad honores seu gradus Ecclesiasticos, sicut sacri canones rationabiliter diffiniūt. ¶ Igitur quot sub uirga pastoris hominis, qualis fuit Moyses brutoꝝ animalium transeūt species: totidem sub manu summi pastoris dei & hominis, sunt electoꝝ ordines, quosdam habentes (de quibus iam dictū est) similitudines, sicut & ipsi pastores, siue Iacob siue iam dictus Moyses, nonnulla gesserūt in figura boni pastoris Christi, quod fere nonnulli incognitū est. Summa autē inter hæc in hoc distantia est, quod brutoꝝ animalium causa nõ postulabat, ut pastor ipsoꝝ pro ipsis moreretur: istis autē rationalibus uitulis, arietibus & hircis, scilicet, hominibus cunctis, in peritate expediebat, quatenus hic pastor bonus animam suam pro eis poneret, & pro eis mori dignaret. Ipsi autem mortuo commorerentur, illo uidelicet modo, quo iam mortui sumus, iamque resurreximus, sicut dicit Apostolus: Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismū in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uite ambulemus. ¶ Magna hæc distantia est, quod illic pastores siue sacerdotes, Moyses & Aaron, & cæteri de stirpe eius, in sacrificio non moriebantur, sed tantum pecora occidebantur: Hic autem & pastor mortuus est, & quotquot sunt de grege eius: illi (ut iam dictū est) necessario commoriebantur. Vtriusque & pastoris pro grege morientis. Et gregis pastoris suo commorientis sacramentum, in hac figura legis perspicere, plurimum delectat, ubi uituli & hirci solus sanguis infertur in sancta, & corpora cremantur extra castra: aries uero solus & totus super altare in holocaustum offerri iubetur. ¶ Denique dominus Iesus Christus, animalium rationalium pastor bonus, extra castra, id est, extra ciuitatem passus, & omnes anteriores iustos siue electos, & peccatorum pœnitentium primitias, scilicet, latronem qui cum eo crucifixus fuit, tanquam uitulos & hircos suo sanguine mundauit: intus autē cū arietibus, id est, cum Apostolis, nocte præcedenti ipse uerus aries, post cenam typicam paschalis agni, sacramentum corporis & sanguinis sui in holocaustum obtulit, quod optime notum est Christianæ siue Catholicæ fidei. Gregis huic pastoris (ut dictum est) commorientis lex eadem est & esse debet, quemadmodū Apostolus dicit: Optimū est enim gratia stabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt ambulanti in eis. Ac deinceps: Propter quod & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra.

Exo. 3.  
Tres ordines  
hominum Christi  
fianorum

Luca. 3.  
Luca. 7.

Mat. 10.

Mat. 19.

Differentia inter  
pastores  
Moysen &  
Christum.  
lege non nulli  
seu non ulli.

Rom. 6.

Christus extra  
castra passus.

Heb. 13.

Exeamus, ad  
eum extra castra.

p tra castra

tra castra, improprium eius portantes. Hæc & cætera cum dicit, nulli iam ignotum uel dubium est, quin exire uelit tam Hebræos, quibus ea scripsit, quam nos qui cum eis unum ouile sumus effecti, extra castra iustitiæ carnis, iustitiæ seruientium solimō in cibis & potibus & uarijs baptisimatibus, quæ non possunt (ait) perfectum facere seruientem in illis.

¶ Hoc est extra castra cremari secundum similitudinem uel ad imitationem summi huius uituli siue hirci, extra castra passi, spernere Iudaicas iustitias & iustitiæ dei sancti, & hoc est sanguine suo communicare sanguini eius, illato in sancta, carnem suam crucifigere cum uicijs & concupiscentijs. Perfectis autem his, est etiam uelut arietem in holocaustum offerri, id est, non solum illicitis abstinere rebus siue concupiscentijs, & ea seruare præcepta, quæ in tabulis scripta sunt digito dei, uerum etiã ab licitis siue concessis, quod primum maxime cœperunt facere sancti Apostoli, ut secundum ipsum nomen holocausti totum eorum propositum sit sacrificium, quia uidelicet, holocaustum interpretatur totum incensum.

¶ Multa sunt adhuc sacramenta eiusdem capituli præscripti, ad rationem pertinentia faciei huius, faciei uituli: sed quia ueremur esse nimij, uitandum est fastidium etiam in rebus preciosis, nos pluribus omisissis, hoc tamen intactum præterire non patimur, quod inter cætera dicit. Tolle quoque sacerdos de sanguine uituli, & asperget digito septies contra propiciatorium. Idem & alibi dicit: Immolato quoque uitulo in conspectu domini, inferet sacerdos, qui unctus est, de sanguine eius in tabernaculum testimonij, tincto digito asperges contra uelum. Denique hoc ualde pertinet ad illum, cui hoc opusculum dicauimus, honorem filij hominis, quod huius sacræ literæ uiuificans spiritus uigilanter aspicientibus innuit. Ut quid enim uitulus iste immolatus, ut quid sanguis Christi est fusus, nisi ut spiritum sanctum, qui in eo septiformi plenitudine requiescit, in remissionem peccatorum acciperemus? Septies ergo contra propiciatorium siue contra uelum debuit aspergi, sanguis illius uituli significat, digito sacerdotis: quia non nisi per passionem & sanguinem huius filij hominis potuit aut debuit sanctus septiformis spiritus in remissionem peccatorum dari nobis. Nec hoc dicimus, quin & ante aduentum eius spiritum sanctum acceperint, & patriarchæ & prophætæ, & iusti quàm plurimi, sed non hoc dato, quod dicitur & est peccatorum remissio.

¶ Duo quippe sunt data spiritus, alterum in diuisionem gratiarum, quo solo illi anteriores illustrati fuerunt: alterum in remissionem peccatorum, quod ante hoc datum non fuerat, sicut Euangelista testatur: Nondum enim (inquit) erat spiritus datus, quia IESVS nondum fuerat glorificatus. Hoc sciens ipse uidelicet, quod datum hoc non daretur, nisi per mortem & sanguinem eius, dicebat ipsa nocte qua tradebatur. Vado ad eum qui me misit, sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis, ut ego uadam. Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos. Quod eum dixisse de passione uel morte sua liquido constat potius quàm de futura ascensione, post quadraginta dies à resurrectione sua, quia uidelicet, propter illam discessionem eius discipuli non contristari, imò gaudere habebant, sicut sanctus Lucas memorat, dicens: Et ipsi adorantes, reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. De passione uel morte sua dixisse omnino rectius intelligitur, sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam & cætera. Præsertim quia sic Euangelista præmiserat, dicens: Ante diem festum Paschæ sciens IESVS, quia eius hora uenit ut transeat ex hoc mundo ad patrem.

¶ Igitur necessario ualde sacerdos iste in sanguine uituli digitum tinxit, & contra propiciatorium siue contra uelum sæpius asperxit, quia uerum est, & hoc ab ipso in ueritate dictum sit, quia si sanguis eius prius funderetur, neque conditum baptismi sacramentum, neque spiritus sanctus datus fuisset in eo quod est paracletus, id est, consolator, scilicet, in eo quod est remissor uel remissio peccatorum: quæ una uel summa est consolatio sanctorum electorumque omnium, tam præcedentium quàm subsequentiū, quia omnes, tam illi quàm isti, sanguine eius emundati sunt, nec aliter dissolui poterat eis medius paries inimicitiarum, qui significabatur per uelum quod erat ante propiciatorium.

Hebræ. 9.  
Quid est extra castra cremari.

Gala. 1

Quid est septies digito aspergere

Leui. 4

Duo sunt data spiritus sancti.

Iohan. 7

Iohan. 16

Lucæ ultimo

Iohan. 13  
Spūs s. ut patet electis non fuisset datus nisi per mortē Chri. addo nisi.

Ephe. 2